

Liber III, Capitulum I

Donum




VATIAM AEDILEM
CANIS MAGNA VOCE
PER NOCTEM ROGAT

Fēlix domum ambulat. māne est, sed **Fēlix**
dormīre vult.

dum **Fēlix** dormit, **Alleius** et **Prīmus** ambulant
per viās. **Alleius** legit, “**Vatiam aedilem canis**
magnā vōce per noctem rogat,” et rīdet.

cēnāculum



domus

“**litterae** mihi placent,” **Alleius** dīcit. “**Prīme**,
curre ad lanium. volō **coquam** *parāre* **pullum**.
portā **pullum** ad cēnāculum ubi **Fēlix** et **familia**
sua habitant. dīc, ‘**litterae** sunt **bonae**.’”



Prīmus ad lanium currit et
dīcit, “**necesse** est mihi *habēre*
pullum.”

“iterum?” **lanius** rogat.

Prīmus rēspondet, “**meus**
dominus est **laetus** quod
bonum scriptōrem habet.

Alleius vult **scriptōrem** *habēre*
pullum. est **donum**.”




“**quem dominus tuus** vult
esse **aedilem** et **duumvirum**?”
lanius rogat.

“vult **Rōmānum** esse
aedilem et **Vērūm** esse
duumvirum, sed nōn vult
Vatiam esse **aedilem**,”
rēspondet **Prīmus**.




“**ego** quoque volō **Rōmānum** esse **aedilem** et **Vērū** esse **duumvirum**,” **lanius** dīcit.

“**tū**ne vīs *habēre* **litterās** in parietibus tuīs? in parietibus tuīs **scriptor noster** *scrībere* potest.”



“certē volō *habēre* litterās in parietibus meīs!”
lanius clāmat.

“possum *mittere* scriptōrem nostrum ad tē.
quid est nōmen tibi?” Prīmus rogat.



“grātiās tibi agō! mihi nōmen est Brūtus.
ecce pullus tuus! quid est nōmen tibi?”

“nōmen mihi est Prīmus. grātiās tibi agō,
Brūte. valē!”



culīna

Prīmus domum ambulat et **culīnam** intrat.

coquam, nōmine **Flāviam**, vocat. clāmat, “**Flāvia!**
ubi es?”

Flāvia venit et rogat, “cūr **mē** vocās? **quid** vīs?”

Prīmus **pullum** in mensā pōnit et dīcit, “**parā**
pullum statim!”



“iterum **necesse** est mihi *parāre* **pullum**?”

Flāvia rogat. “semper **pullum** parō!”

“ita, iterum **necesse** est tibi *parāre* **pullum**.”

Flāvia **pullum** parat.



dum Flāvia pullum parat, fēlis culīnam intrat.
pullum videt. pullum *edere* vult. ad pullum
ambulat, sed Flāvia fēlem videt et magnā vōce
clāmat, “abī, horribilis fēlis! pullus nōn est
tibi!”



fēlis ē culīnā currit.

Prīmus coquam audit et **culīnam** intrat.

rogat, “cūr clāmās?”



Flāvia rēspondet, “**fēlis** **pullum** *edere* vult, sed nōn iam est in culīnā. ecce! **pullus** est **parātus**.”

“**grātiās** tibi agō,” **Prīmus** dīcit et **pullum** ad Fēlīcem portat.



Fēlix dormit.

est pulsatio ad iānuam.

Hannō iānuam aperit.



Prīmus per iānuam currit.
“Fēlix, nōlī dormīre! pullum
habeō. dominus est laetus.
litterae eī placent.”

Prīmus pullum in mensā
pōnit et dīcit, “ede, Fēlix!
edite, omnēs!”



Fēlix nōn iam dormit, sed est **confūsus**.

“**pullum** habēs? cūr? nōn intellegō.”

Prīmus rēspondet, “**dominus** vult **tē** *habēre*
pullum quod **litterae** eī placent. est **donum**.
litterae **tuae** sunt **optimae**. **dominus** est
laetus.”



Fēlix et Fēlīcia et pater clāmant, “nōs quoque sumus laetī!”

“lanius quoque vult tē facere litterās in parietibus suīs,” dīcit Prīmus. “lanius quoque vult Rōmānum esse aedilem et Vērum esse duumvirum.”



“**multās litterās** *scrībere* possum!” **Fēlix**
clāmat. **pullum** celeriter edit et *scrībere* parat.



dum **Fēlix** edit et *scrībere*
parat, **Prīmus** dīcit, “**Fēlīcia**,
venī ad domum. **Gnaeus** **tē**
vidēre vult.”

“**ego** quoque **Gnaeum** *vidēre*
volō,” dīcit **Fēlīcia**.

“ede **pullum** et **venī**. **valēte**,
omnēs!” **Prīmus** dīcit dum ex
ianuā ambulat.

Verba Ūtilia

certē

certainly

Slide 7

iterum

again, a second time

Slide 4

Try using these words in class!

Quid est **donum**?

A *donum* is a gift. Gifts a Roman might give were dice or hairpins. Click [here](#) to learn more about gift giving in Ancient Rome.



Click here to return
to the story

Image Sources

[cat silhouette](#) - publicdomainvectors

[running cat](#) - goodfreephotos

[dice](#), [hairpins](#) - Wikimedia Commons

If you notice any errors or have feedback for the author, please fill out [this form](#). Grātiās Maximās!